

LXXXVI

domare nequit tanta materia humilitatis. quia adhuc superbiat illa vilis cinis. Si ista ob homo attendis et non erubescis nec humiliaris. bruto stultior est peioris. Nam pavo cum caudam erigit. et tantam pulchritudinem inde cernit quasi gloriosus incedit. Sed mox ut ad suorum pedum fedicitatem visum flectit rotam destruit et gloriam omnem deponit. Si ergo irrationalis quis ex tam modica fedicitate seipsum sic deijcit. Quod tu homo rationalis superbiis cum tanta sit tibi materia humilitatis. Boetius ei dicit de consolatione philosophie. quasi homo lineis oculis videret ut eius visus obstacula penetraret. Nonne illud in superficie pulcherrimum corpus turpissimum videretur. Quare ergo luti non attendis quo semper ponderatus incedis. **S**ed cum quod ad humilitatem movet est recogitatio sui peccati. Si enim homo se peccatorem cognoscit. Si emiratione se rexit. Vulnus suum de reitatur et odit. medicum querit cui per confessionem vulnus ostendit. et se ad omnem satisfactionem parat secundum imperium sacerdotis. Nam de humilitate contritionis dicitur in psalmo. Cor contritum et humiliatum deus respiciet. De humilitate confessionis dicitur Eccl. iij. Humilia prelobero animam tuam. De humilitate satisfactionis dicitur Deuter. xij. Humiliata est bestia. Quis enim est si amicum suum. si dominum vel patrem offenderit. quasi confusio nem non induat. et presentiam amici non fugiat donec illi satisfaciatur. nisi spiritum perbitonici et pylatinam mentem et arabicum vultum habeat. aut quasi quodammodo dyabolus incarnatus existat. In tantum hoc naturale est quod in multis brutis invenire quis valet que cum dominos offendat confusio non induit. et eorum penitentiam fugiunt. et suo modo humiliata incedunt. Nam falco a suo domino missus ad avem. si eam non capit verecundia ductus illa die ad manus virocedit. sed per acra vagus incedit. De leone beati Hieronimi. certum est quod asinum si biominimum ad pasara deducebat ibi eum cum

studiebat. sero ad monasterium revocabatur. quod sic se obedisse gaudebat claustrum intrabat. ad monachos singulos accedebat et eos modo quo poterat motu capitis salutabat. Dum autem semel in agro obdormivisset. asinum perdidit. verecundia intrare non audens sed foris humiliter iacens. ipsa vultus tristitia. quasi peccatum confensus redargutus a monachis faciem non levabat. Humana confusio eterna digna supplicio. offendit brutum boiem mortalem. et humiliare se novit. Offendit homo deum suum. creatorem potentissimum. et redemptorem piissimum gubernatorem prudentissimum benefactorem largissimum. et recognoscere negligit homo mortalitatis. et si cognoverit humiliare refugit et contemnit. non attendens. quod propter deum humiliari non est deijci. sed potius sublimari salvatore cestante quod non meminit. Omnis qui se humiliat exaltabitur. Bernardus. De peruersitas. o abusio filiorum adam qui cum ascendere sit difficillimum descendere vero facillimum. ipsi ascendunt levius et descendunt difficilius. et addit per humilitatem ascendant ad sublimitatem quod hec est via nec est alia propter eam et quod aliter ascendit cadit potius quam ascendit. **T**ercium quod humilitate facit est consideratio efficacis exempli. semper enim debet homo attendere vitam meliorum et seniorum comparatione se reputare vilissimum. Nam de ipsis sanctis dicitur in psalmo. Humilitatum est in laboribus cor eorum. si quis enim sanctorum vitam attenderet seipsum vilificaret et modicus in oculis suis esset. unde Hieronymus. Quid superbis quod si hodie es cras forte non eris. Esto igitur parvus in oculis tuis ut magnus esse possis in oculis dei et ut hec facile possis semper meliorum attendere exempla. Unde dicitur ad Philippenses. iij. In humilitate superiores omnes arbitantes. Vir enim humilis nullis se comparare debet sed domos meliores se reputare. Bernardus. In anima non est timenda quam tacumque humiliatio. sed etiam horrenda nimis inimumque pavenda erectio. Noli ergo